CONRADUS HIRSAUGIENSIS, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, 12. Jh. Seite 20r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35471
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



querit ueritatis ac iusticie. S; que nam huius libri
materia. Materia boetii sunt philosophice consolatrices
sententie de quibus agit in hoc opere. Intendit autem
auctor iste quos libet miseros immiserius laborantes
ex ipsa meseria retrahere. et ad ueri boni noticiam
per mundi contemptu informare. Qui sunt rogo miseri.
Et que maxima uite nostre miseria. Dicam. Generalis
humana miseria est. totum quod recte uolumus nec habe
mus. nec interdum possumus. certum maxima in hac uita
hominis miseria est ignorantia ueri boni et diuersis passioni
bus exagitari. Utilitas est ut ducti lege rationis prospera
et aduersa equaliter estimemus et ad ueri boni ut beati esse
possimus appetitum festinemus. Et ethice subponitur quia
nichil magis pertinet ad bonos mores quam hominem iustum
unum et idem esse in hac rerum mutabilitate et ad summi bo
ni perfruitionem preparare. Denique modus talis considerandus est in hoc
opere. Inducitur enim ut miser boetius conquerens de sua
miseria. deinde qualiter ei apparuerit philosophia. qualiter
passiones ab eo ammoueat quoniam uerum bonum potenti ra
tione demonstret et appetitum eius persuadeat. Tres autem
a boetio inducuntur persone. boetius miser querens ut con
soletur. Philosophia que consolatur. boetius auctor qui de utrisque
loquitur. Est enim officium eius ostendere quod misero contigerit
et quali consolatione philosophie conquerentem erexerit.
Porro auctor iste imitatur in hoc opere martianum feli
cem. capellam in poematis genere qui describit nuptias mer
curii et philologie. nec prosaice non opus exsequens uer
sifice. hic autem boetius elegantius scripsit. quia nec in prosa fuit
inferior tullio nec in metro uirgilio. Habet autem in
eo locum consolatrix philosophia quia predicta scientia. Despera
tionem turbatus non incidit. et quantum consolanti uel docenti
cordis motum inclinauit. Admiratione dignum